Taprobana.

TAprobana inſula, quã hodie Sumatram uocant, habet homines corpore cęteris grandiores, rutulis comis, ceruleis oculis, trucioris ſoni, nullo linguæ commertio genti alteri ſociantur. Aetas illius prolixa, ut mature pereat, qui centenarius moritur. Eius pars, ut Solinus inquit, beſtijs & elephantibus repleta eſt. Ibi mare adeò altum, ut nullę anchoræ ad ima poſſint peruenire. Margaritas legũt plurimas & maximas ex conchis in quibus inueniuntur. Cetæ ibi inueniuntur paſſim per littora uagãtes, quæ in mari rubro primum educatæ illuc ſe ingerunt. Animalia ſunt monſtroſa & tantę magnitudinis, ut colles quidam littoribus aduecti uideantur, quorũ dorſum longo ſpinarum tractu exaſperatur. Infeſtiſſima ſunt ambulantibus in littore, ut nemo facile ex eorum faucibus effugere poſſit, ſi uiſus ab eis fuerit. Habẽt tantos hiatus, ut ſæpe nauem cum hominibus deglutierint.

FINIS.

BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM
MENSE MARTIO, AN. M. D. XLII.